

129 Verum si hic Auctor attendisset ad subiectum accidentis corporei, conuictisset Antecedens, & negasset consequentiam: quoniam enim accidens visio solum commensuratur & principio & termino, si aliud non obicit, si tamen sit corporeum, dicitur essentialiter habitudinem ad corpus tanquam ad subiectum, quia essentialiter exigit subiectum extensum, aut extensionem connaturaliter exigens: cuius ratio est, quia quantitas fundatur & radicitur in gradu corporis, unde necesse est, ut illud omne quod pertinet ad gradum entis corporei, habeat in se quantitatem, aut pertineat ad subiectum quantitatis.

130 Est etiam alia ratio disparitatis inter accidens spirituale & corporeum, accidens enim debet esse perfectio subiecti in quo recipitur: unde cum corporeum nequeat perficere spirituale, bene tamen spirituale corporeum, licet accidens spirituale, incompletum, & visio, possit recipi in subiecto corporeo, repugnat tamen accidens corporeum, quodcumque illud sit, recipi in subiecto spirituali.

131 Dices secundo: Omne accidens habet existentiam dependentem a subiecto in quo recipitur, unde communiter dicitur, *Accidens esse, est subiecto inesse*. Ergo si recipitur in subiecto corporeo, eius existentia erit corporea: Sed repugnat accidens spirituale existeri per existentiam corpoream, cum existentia debeat esse proportionata essentie quam aequat: Ergo repugnat accidens spirituale, quodcumque illud sit, recipi in subiecto corporeo.

132 Respondeo, concessio Antecedente, distinguendo Consequens: Ergo si recipitur in subiecto corporeo, quia corporeum est, eius existentia erit corporea, concedo. Si recipitur in subiecto corporeo, sed non qua corporeum est, sed quatenus est ens creatum, & substantia creata, nego; & concessio Minoris subsumpta, eadem distinctione, secundum consequens, sua consequentia distingui debet. Solutio patet ex dictis in secunda responsione ad principalem argumentum, ubi enim dicebamus, quod licet virtus spiritualis recipi possit in subiecto corporeo: in eo tamen non recipitur qua corporeum est formaliter, sed quatenus est ens, & substantia creata, quia non recipitur in eo nisi ratione potentie obedientialis passive, quae competit rebus creatis sub ratione generali entis & substantiae creatae, non vero praesice sub ratione corporis: unde licet ratione talis potentiae, accidens spirituale recipiatur in subiecto corporeo, non oportet tamen eius existentiam esse corpoream.

133 Ad secundam probationem Minoris principalis, in qua quaeritur, an virtus per quam sacramenta eleuantur ad causandam gratiam, sit motus, vel qualitas? duobus modis respondet Thomista: alii enim afferunt virtutem illam esse motum aliquam virtuosam eleuantem simul & applicantem ipsam sacramentum ad gratiam producendam. Ita Nazarius, Nunno, Cabrera, & Joannes a S. Thoma. Alii vero docent, illam esse qualitatem vialem & incompletam, habentem modum motionis, & ad secundam speciem qualitatis reductive pertinere. Ita Paludanus, Capreolus, Ferrarientis, Choquetius, Martinez a Prado, & alii ex nostris Thomistis. Et hic dicendi modus videtur probabilior, & doctrina D. Thome contormior. Nam S. Doctor in 4. dist. 1. q. 1. art. 4. quaestione 2. in corp. & ad 1. sic concludit: *Unde & virtus hoc qua est in sacramentis, reductur ad id genus in quo est virtus completa principalis agentis, quae est qualitas*. Quae auctoritas videtur expressa, cum clare S. Thomas virtutem quae est in sacramentis ad causandam gratiam, ad speciem qualitatis reductit, non enim est in genere qualitatis directe, quia non est qualitas completa, sed incompleta. Unde ibidem dist. 3. qu. 2. art. 3. in corp. ait: *Sed haec qualitas non habet esse completum in natura, qualiter est virtus alicujus principalis agentis secundum formam suam: sed habet esse incompletum, sicut virtus quae est in instrumento ex intentione principalis agentis, & sicut similitudines colorum in aere, ut supra dist. 1. dictum est*. Ubi S. Thomas eo sensu quo negat virtutem illam esse qualitatem completam, affirmat esse qualitatem incompletam, adducitque exemplum specierum intentionalem in aere existentium, quas constat esse qualitates incompletas, viales & transeuntis: Ergo iuxta doctrinam D. Thome afferendum est, virtutem supernaturalem per quam sacramenta eleuantur ad causandam gratiam, esse qualitatem vialem & transeuntem, & habere solum modum motionis, non autem reipsa motionem aliquam virtuosam esse.

134 Ratio etiam id laedit: Nam talis virtus non solum applicat sacramenta ad instrumentalem operationem, ob quam rationem se habet ut motus, sed etiam constituit illa in actu primo, conferens illis vim eliciendi talem actionem, quam de se non habent: Sed virtus reddens subiectum actiuum, seu vim operandi illi tribuens, ipsumque in actu primo constituit, pertinet ad genus qualitatis, scilicet ad habitum, vel potentiam; directe quidem, si sit completa, indirecte vero & reductive, si sit incompleta, ut communiter docent Philosophi: Ergo virtus supernaturalis per quam sacramenta eleuantur a Deo ad causandam gratiam, reductive ad genus qualitatis pertinet.

Confirmatur: Character pertinet ad genus qualitatis, ut est communis Theologorum sententia: Ergo & virtus per quam sacramenta eleuantur, eadem enim est ratio utriusque, quia utraque est virtus instrumentalitatis, completis potentiam in ordine ad aliquos effectus, nativam ejus virtutem excedentes, & in hoc solum differunt, quod character est virtus instrumentalitatis permanens, virtus autem per quam sacramenta eleuantur, est fluens & transiens, & se habet per modum motionis, idcirco interdum a S. Thoma appellatur motus, quoniam locis supra citatis expressè asserat esse qualitatem.

135 Dices, Idem S. Doctor 2. a. qu. 73. art. 1. ad 1. negat posse dari aliquam qualitatem ex suo genere operativam miraculorum: Ergo non poterit etiam dari in sacramentis aliqua qualitas ex suo genere productiva gratiae.

Respondet D. Thomam ibi negare tantum qualitatem permanentem & habituales, quae ad omnia miraculorum genera se extendere nata sit: qualitas autem illa quam in instrumentis divinae virtutis admittimus, nec permanens est, sed visalis & incompleta, nec ad omnia miraculorum genera se extendit, sed pro diversis miraculis, diversè etiam exiguntur qualitates.

ARTICULUS IV.

An sacramenta nova legis, Christi & Dei, moralia instrumenta ad causandam gratiam dici possint?

S. I.

Referuntur sententiae, & vera eligitur.

Multis ostendimus in praecedentibus articulis, sacramenta nova legis esse instrumenta physica Dei ad causandam gratiam, sed adhuc superest breviter discutendum, an praeter causalitatem illam physicam, quam passim Thomista omnes una cum S. Doctore illis attribuant, causalitatem aliquam moralis illi conveniat, possintque Christi & Dei moralia instrumenta appellari? In cuius difficultatis resolutione, partem negantem tenent aliqui ex nostris Thomistis, contententes sacramenta nova legis, nec Christi, nec Dei posse proprie instrumenta moralia appellari. Ita ex professo docent Rychardus Chocquetius lib. de origine gratiae sanctificantis disp. 9. cap. 3. Nunno, Martinez a Prado, & ex extraneis Suarez, Valentia, & Alanus.

Sententia tamen affirmans illa non solum esse instrumenta physica, sed etiam moralia Christi & Dei, videtur probabilior, & communior est in Schola D. Thome, eamque ex Thomistis amplectuntur Cabrera, Aravius, Joannes a S. Thoma, Marcus a Serra, Philippus a S. Trinitate, & ex Recentioribus Henriquez, Meritatus, Bonacina, & alii, cum quibus

Dico primo: Sacramenta nova legis esse causas instrumentales morales Christi Domini ad gratiam producendam.

136 Probat brevis: illud est causa moralis instrumentalitatis alicujus effectus, quod ut subordinatum causae principali morali inducit causam physicam ad ipsius productionem, ut patet, dum pretium, quod artifex conducit inducit ipsam ad faciendum artefactum. Atqui sacramenta nova legis inducunt causam physicam gratiae, scilicet Deum, ad ejus productionem, ut subordinata Christo Domino, qui est causa principalis moralis ipsius, per modum meriti, impetrationis & satisfactionis: Ergo &c. Major patet, Minor probatur. Sacramenta nova legis se habent ad Christum in ordine ad gratiam proportionatim, sicut pecunia se habet ad emptorem, in ordine ad rem aliquam emendam, quia sicut pecunia continet pretium rei emendae, ita sacramenta continent pretium ipsius gratiae, quod est virtus passionis Christi. Sicut ergo pecunia, ut subordinata emptori, inducit vendentem ad tradendam emptori rem venditam; ita etiam sacramenta nova legis, ut subordinata Christo pro nobis merenti & satisfaciendi, inducant nostrum modo loquendi Deum ad gratiam conferendam illis a quibus suscipiuntur.

137 Confirmatur: Sacramenta nova legis sunt instrumenta Christi ut causa principalis moralis gratiae: Ergo sunt instrumenta moralia ipsius. Consequentia patet, omne enim agens principale debet uti instrumentum sibi proportionato, & ejusdem ordinis cum ipso, ita ut agens principale morale, instrumentum physico, agens vero principale morale, instrumentum morali utatur. Antecedens vero fit ostenditur. Sacramenta nova legis sunt instrumenta Christi, prout est noster Redemptor. Sed Christus in quantum noster Redemptor est causa principalis moralis gratiae: Ergo sacramenta nova legis sunt instrumenta Christi, ut causa principalis moralis. Major est evidens, Minor probatur. Causa meritoria alicujus domi, vel praemii, est causa moralis illius: Christus autem ut noster Redemptor, est causa meritoria nostrae gratiae, & quidem principalis in genere causae moralis meritoriae, quia causae instru-

instrumentalis subordinatur alteri causae principali tanquam superiori, nulla autem potest dari causa superior Christo, a qua meritiim ejus ut a causa principali procedat; siquidem Deus qui solus est superior Christo ut homini, est incapax merendi, ex eo quod ille qui meretur est inferior illi qui mercedem retribuit: Deus autem nec potest esse inferior alicui, nec ab aliquo mercedem expectare vel accipere: Ergo Christus, in quantum noster Redemptor, est causa principalis moralis gratiae.

Dico secundo: Sacramenta nova legis possunt etiam dici instrumenta moralia respectu Dei, in ordine ad gratiae productionem.

140 Probat: Illud est instrumentum morale Dei in productione gratiae, quod ab ipso habet vim movendi causam principalem physicam, ut producat gratiam: Atqui sacramenta nova legis, non solum a Christo, sed ab ipso etiam Deo, habent vim movendi moraliter: Ergo non solum instrumenta moralia Christi, sed etiam Dei, in ordine ad gratiae productionem, dici debent. Major patet, Minor probatur. Quando quis promittit se ad praesentiam alicujus rei collaturum aliquod beneficium, hujusmodi deinde res applicat, habet ex tali promissione vim movendi moraliter promittentem, ut conserat tale beneficium: Atqui Deus promittit se daturum gratiam ad praesentiam sacramentorum: Ergo sacramenta applicata habent ex illa Dei promissione vim movendi ipsamet Deum promittentem, ut conserat gratiam.

Confirmatur: Deus exhortationibus & preceptis Christum excitavit & determinavit, ad promerendum nobis gratiam, & ad instruendum sacramenta, quibus mediantebus meritiim ipsius nobis applicaret, & ipse moveretur nostro modo intelligendi ad gratiam principaliter nobis communicandam: Ergo ex hoc etiam capite sacramenta possunt dici instrumenta moralia Dei. Unde Deus se habet in proposito, sicut artifex qui alium hortaretur, ut se invitaret ad artefactum aliquod efficiendum oblata pecunia, sicut enim illa pecunia esset non solum morale instrumentum illius qui ea mediante invitaret artificem ad operandum, sed etiam ipse artifex, qui per eam vellet moveri ad operandum: ita etiam in proposito, sacramenta sunt moralia instrumenta, non solum Christi, quatenus eis mediantebus sua nobis applicat merita ad gratiam a Deo impetrandam, sed etiam Dei, qui voluit eis moveri ad gratiam nobis communicandam.

S. II.

Solvuntur objectiones.

141 Obijcies primo: Si sacramenta nova legis essent instrumenta moralia Dei, ex eo quod Deus promittit ad illorum praesentiam se gratiam largiturum, etiam sacramenta veteris legis possent dici instrumenta moralia Dei ad gratiam producendam: Sed hoc videtur falsum, & repugnans doctrinae D. Thome: Ergo & illud. Sequela Majoris est evidens, quia etiam Deus promittit se ad praesentiam sacramentorum veteris legis daturum gratiam non ponentibus obiectum. Minor vero probatur: D. Thomas hic art. 6. ex professo inquirens, utrum sacramenta nova legis causarent gratiam? Respondet negative: Ergo censet non fuisse etiam instrumenta moralia Dei ad illam producendam, alias diminute processisset, nihil dicendo de illa causalitate morali.

142 Respondet, concessio Majori, negando Minorem; ut enim ostendimus Tractatu sequenti, cum agemus de Circumcisione, circumcisio, & alia veteris legis sacramenta causarent gratiam, ut instrumenta moralia Dei. Ad probationem in contrarium dicendum est, D. Thomam negasse tantum causalitatem physicam sacramentis veteris legis. Nec tamen diminute processisset, nihil dicendo de causalitate morali, quia art. 1. dixit causalitatem morelem quae convenit sacramentis nova legis, non transcendere rationem signi, unde quia art. 6. inquirebat de causalitate transcendente rationem signi, quam concessisset sacramentis nova legis art. 1. non debuit art. 6. explicare hanc causalitatem morelem: immo hoc ipso quod illa non transcendit rationem boni, suppositum eam convenire etiam sacramentis veteribus.

143 Obijcies secundo: Causa moralis non est instrumentum illius qui movetur ad conferendum effectum, sed alterius qui movet ipsum: praesens enim, aut pretium, aut consilium, vel metus, quibus Petrus movet Paulum ad aliquod beneficium conferendum, non sunt instrumenta Pauli quibus beneficium conserat, sed Petri, quibus Paulum excitat ad illud conferendum. Atqui sacramenta nova legis sunt instrumenta Dei quibus conserat gratiam: Ergo non possunt dici causae morales respectu illius.

144 Respondet primo negando Majorem, universaliter & absolute sumptam, negando enim est inconueniens, quod instrumentum morale, quod mediante aliquo movet aliam ad operandum, sit etiam instrumentum morale illius qui movetur, ut patet exemplo adducto in probatione secun-

da conclusionis: si enim artifex aliquem hortaretur, ut se invitaret ad artefactum aliquod efficiendum, oblata pecunia, illa pecunia esset morale instrumentum, non solum illius qui ea mediante invitaret artificem ad operandum, sed etiam ipsius artificis, qui per eam vellet moveri ad artefactum efficiendum.

145 Respondet secundo distinguendo Majorem: Quod inducit ad aliquid faciendum, non est instrumentum illius, qui movetur vel inducitur ad illud praestandum: si ille non promittit se illud facturum ad praesentiam talis rei, concedo. Si promittit se illud facturum ad illius praesentiam, nego. Cum ergo in proposito Deus promittit se daturum gratiam ad sacramentorum applicationem, illa possunt dici instrumenta moralia Dei.

Obijcies tertio: Ut sacramenta nostrae legis essent instrumenta moralia Dei in productione gratiae, deberet Deus esse causa moralis gratiae: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Major patet, nam instrumentum morale respicit causam principalem ejusdem ordinis. Minor vero suadetur. Tum quia causa moralis non inducit per se in effectum: Deus autem inducit per se in gratiam. Tum etiam, quia non potest explicari causalitas moralis, quam Deus exercet una cum sacramentis.

146 Respondet, concessio Majori, negando Minorem, ad cuius primam probationem, distinguo Minorem: Deus inducit per se in gratiam, quatenus praesice est causa moralis illius, nego. Quatenus praeter causalitatem morelem habet efficientiam physicam, concedo. Ad secundam dicendum, causalitatem Dei morelem consistere in hoc quod Deus promittit se daturum gratiam ad praesentiam sacramentorum; vel in hoc quod Christo praecipit, ut applicaret sua passionis merita sacramentis, quibus deinde ad dandam nobis gratiam moveretur, ut antea explicatum est.

ARTICULUS V.

Quam gratiam causent sacramenta nova legis? An primam, vel secundam?

S. I.

Quibusdam praemissa referuntur sententiae?

Notandum primo, Gratiam sanctificantem solere dici distingui in primam & secundam. Illa prima dicitur, quae primam inducit subiecto, nondum habenti ullam gradum gratiae sanctificantis, atque adeo existenti in peccato mortali, quod definit esse quando gratia infunditur. Illa vero appellatur secunda, quae advenit subiecto jam grato, & gratiam jam praehabitam auget.

149 Notandum secundo: Sacramenta nova legis alia esse quae dicuntur sacramenta vivorum, alia quae vocantur sacramenta mortuorum. Sacramenta mortuorum dici facta sunt, quod pro mortuis spiritualiter, morte videlicet peccati, instituta sunt: & sunt duo, Baptismus & Penitentia. Sacramenta vero vivorum sic appellantur, quia Christus ea instituit pro viventibus via spirituali anima, quae est vita gratiae & sunt alia quinque.

150 Notandum tertio: Dupliciter nos posse intelligere quod aliquid sacramentum causet primam vel secundam gratiam, nimirum per se, & per accidens. Illa sacramenta dicuntur per se causare primam gratiam, quae sunt instituta a Christo ad conferendam gratiam homini in peccato originali vel mortali existenti. Illa vero dicuntur per accidens causare primam gratiam, quae licet instituta sint ad augendam gratiam, possunt tamen interdum causare primam gratiam. Et in hoc etiam duplici sensu, possunt sacramenta dici causare secundam gratiam, ut consideranti patebit. His praemissis

151 Triplex hic occurrit difficultas breviter discutenda, & resolvenda. Prima est, utrum omnia sacramenta tam vivorum quam mortuorum, causent per se primam gratiam? Secunda, utrum saltem hoc sacramentis mortuorum conveniat? Tertia, an sacramenta vivorum quae per se & ex sua institutione, ordiantur ad causandam secundam gratiam, per accidens primam gratiam causare possint.

152 Quantum ad primam, Nunno hic art. 1. difficultas, 152 probabile esse dicit omnia sacramenta legis nove per se conferre primam gratiam, cum hac tamen moderatione, ut duo sacramenta quae dicuntur mortuorum, eam per se conferant, nempe ex ratione communi sacramenti, sed etiam ex propria ratione atomae, cetera vero solum ex ratione communi, quia sic apparet major dignitas sacramentorum nova legis; subtilique sententiam hanc a vicis doctrinamissimè subtiliter & curiosè defendi. In illam inclinare videtur Joannes a S. Thoma hic art. 1. dubio 2. ubi docet sacramenta nova legis esse per se productiva primae gratiae ex ratione generica.

153 Quoad secundam, Gabriel, Ocham, Major, & alii Nominales, docere olim nullam ex sacramentis nova legis, C 4 legis,

legis, etiam promortale institutum, per se loquendo causare primam gratiam in adultis. Fundamentum eorum erat, quia adulti non sunt sufficienter dispositi ad aliud sacramentum suscipiendum, nisi per contritionem: unde cum contritio non sit sine gratia, nunquam adulti recipiunt fructuose sacramentum aliud, nisi presupponentur in gratia. In quam opinionem incidunt aliqui Recentiores, qui docent ad validitatem sacramenti penitentiae, praerequiri dolorem sive detestationem peccatorum ex Dei dilectione procedentem, ac proinde qui sit vera contritio.

154 Quantum ad tertiam Vasquez 3. parte disp. 205. c. 4. Villalobos Tract. ... difficult. 7. num. 4. Bemal. disp. 11. sect. 2. docent sacramenta vivorum nunquam, etiam per accidens, causare primam gratiam. Alii id asserunt solum de quatuor sacramentis, nimirum de Confirmatione, Eucharistia, Ordine, & Matrimonio, & concedunt Extremam-Uncionem in aliquo casu conferre primam gratiam. Ita Cardinalis Delago de Eucharist. disp. 12. sect. 1. num. 3. & 16. & Gaspar Hurtado disp. 7. difficult. 4.

155 Communis vero Thomistarum sententia fateri quidem non omnia nova legis sacramenta causare per se primam gratiam, sed asserit duo sacramenta mortuorum, illam per se causare, non solum in parvulis, sed etiam in adultis: sacramenta autem vivorum nunquam illam causare per se, bene tamen per accidens, atque adeo reddere destricto contritum, nempe quando ille qui ad aliud eorum accedit in peccato mortali, existimat bona fide se esse in gratia, & attritionem habet, quam putat esse contritionem. Ita Cappelles, Capetanus, Paladaus, Soto, & alii, quos sequuntur, Suarez, Valentia, Granada, & alii Recentiores.

§. II.

Prima sententia rejicitur, & omnia sacramenta nova legis non causare per se primam gratiam, breviter ostenditur.

Dico primo non omnia sacramenta nova legis causant per se primam gratiam.

156 Probat per primo conclusio ratione fundamentali. Illud dicitur convenire per se sacramentis, quod convenit ex vi suae institutionis: Sed omnia sacramenta nova legis ex vi suae institutionis non conveniunt causare primam gratiam: Ergo omnia nova legis sacramenta per se illam non causant. Major patet, nam sacramenta sunt signa ad placitum, & ita omnem viam significativam & causativam quam per se habent, debemus asserere illis convenire ex libera institutione Dei & Christi: unde si aliquid ex vi institutionis non convenit sacramentis, non potest ipsis convenire nisi per accidens. Minor vero fit ad hoc: Illa sacramenta dicuntur instituta ad causandam primam gratiam, quae sunt instituta ad remittenda peccata: At omnia nova legis sacramenta non sunt instituta ad remittenda peccata, sed tantum duo, nimirum Baptismus, & Penitentia, quae ad tollendum peccatum originale & actualiter instituta sunt; alia vero instituta sunt ad alios effectus producidos qui supponunt per se peccata remissa, & ipsationem primae gratiae, puta ad conservacionem & augmentum vitae spiritualis, ut patet de Confirmatione & Eucharistia: Ergo omnibus sacramentis nova legis, ex vi suae institutionis, non convenit causare primam gratiam.

157 Confirmatur: Non alia de causa, aliqua sacramenta nova legis appellantur sacramenta mortuorum, alia vero sacramenta vivorum, nisi quia aliqua ordinantur ad mortuos spiritualiter resuscitandos, subindeque ad producendam primam gratiam expulsiivam peccati: alia vero instituta sunt ad magis perficiendam & augendam spiritualem vitam gratiae, & per consequens solum ad producendam secundam gratiam, quae ita appellatur, ex eo quod adveniat subiecto jam grato & gratiam jam prehabitam auget.

158 Respondet Nunno, hanc rationem, cum sua confirmatione, convincere quidem omnia sacramenta nova legis, secundum rationes specificas atomas considerata, non causare per se primam gratiam, non probare tamen, quod ex ratione communi & generica illam non causent: licet enim (inquit) sacramenta vivorum ex sua ratione specifica, sive differentiali, per se instituta sint ad solum augmentum gratiae, sive ad secundam gratiam producendam, atque adeo ex tali ratione, non habent conferre per se nisi illud augmentum, sumpta tamen secundum rationem genericam sacramenti nova legis, per se instituta sunt ad primam gratiam causandam.

159 Necum hoc responso, licet subtilis prima fronte videri possit, nihil tamen re ipsa soliditatis habet. Unde contra illam arguitur primo: Implicat quod differentia distinguens duas species ejusdem generis, conveniat per se utrique speciei, etiam secundum rationem genericam, sicut heri non potest ut rationale conveniat ullo modo

homini & equo: Sed causare per se primam gratiam, est differentia distinguens sacramenta mortuorum a sacramentis vivorum, ut jam ostensum est, & concedit Nunno: Ergo causare primam gratiam, sacramentis vivorum secundum rationem genericam convenire nequit.

Secundo, differentia non debet repugnare rationi genericae: Sed si sacramenta vivorum ex ratione generica per se causarent primam gratiam, eorum differentia repugnaret rationi genericae: Ergo sacramenta vivorum ex ratione generica sacramenti nova legis non habent per se causare primam gratiam. Major est principium certum in Metaphysica, ex duobus enim repugnantibus ad invicem, non potest una simplex essentia resultare, qualis resultat ex genere & differentia. Minor vero probatur. Per se non causare primam gratiam, sed ejus augmentum & perfectionem accidentalem, repugnat ei quod est causare per se primam gratiam: Atqui sacramenta vivorum ex propria ratione differentialem habent per se non conferre primam gratiam, sed augmentum & perfectionem accidentalem ipsius: Ergo si ex ratione generica per se conferrent primam gratiam, differentia ipsorum repugnaret rationi genericae.

Tertio, Distinctio illa metaphysica quoad causalitatem gratiae, absque fundamento fingitur: sacramenta enim sub nulla ratione virtutum habent gratiam productivam, nisi ex institutione Christi: Christus autem nullam institutionem fecit sacramentorum secundum rationem genericam, sed solum singula instituit ad suos speciales fines & effectus; & quantumvis ex hac institutione factum sit, ut conveniant omnia in aliquibus rationibus communibus, quas intellectus abstrahere potest, & praecise considerare, tamen hoc ad nostram tantum speculationem pertinet, non vero ad practicum institutionem, utpote quae per se particularia, & proprias ac determinatas fines respicit, non generales, nisi quantum in specificis continetur.

Confirmatur haec impugnatio: Vel Christus fecit aliquam institutionem sacramentorum quae dicitur pro motus secundum rationem genericam, vel non fecit: Si fecit, quare ad quid illa instituit secundum rationem genericam? Non ad causandam primam gratiam, quandoquidem docet Adversarius id eis convenire secundum rationem specificam: Si respondet ad gratiam ut sic, abstrahendo a prima & secunda, idem dicam de sacramentis vivorum, ea nimirum secundum rationem genericam non fuisse instituta neque ad primam neque ad secundam gratiam, sed ad gratiam ut sic. Si respondet, Christum non instituisse sacramenta mortuorum secundum rationem genericam, sed secundum specificam, quare non idem dici poterit de sacramentis vivorum?

Probat per secundo conclusio: Si omnia sacramenta causarent per se primam gratiam, sacramenta vivorum possent digne suscipi ab eo qui confitetur peccati mortalis cognosceret se esse solum atritum supernaturaliter, non vero contritum, licet enim cum conscientia peccati mortalis accedere ad sacramentum quod per se ad illud expellendum institutum est, quale est sacramentum per se confitens primam gratiam: Atqui secundum fidem qui confitens sibi peccati mortalis, cum sola attritione, etiam supernaturali, cognita ut tali sacramentum vivorum, v.g. Eucharistia, suscipere, indigne illud recipere: Ergo omnia sacramenta non causant per se primam gratiam.

Respondet Nunno negando sequentem: cum enim (inquit) ratio generica sacramenti vivorum, non possit habere suum effectum, nisi ratio specifica habeat etiam suum proprium effectum, ut digne quis accedat ad tale sacramentum, necesse est quod sit dispositus, solum per se loquendo, non solum ad receptionem primae gratiae, sed etiam ad receptionem augmenti gratiae, correspondens rationi specificae: qui autem habens conscientiam peccati mortalis, est solum attritus, non est sufficienter dispositus ad secundam gratiam, sed tantum ad primam.

Sed contra: Vel sacramentum vivorum per se requirit unam tantum dispositionem, vel duplicem. Si unam, vel illa dispositio correspondere debet rationi specificae sacramenti, atque adeo esse contritio, & tunc nunquam sacramentum illud per se causabit primam gratiam, utpote requirens per se in suscipiente aliquid incompossibile cum carentia primae gratiae, videlicet contritionem: vel illa unica dispositio correspondere debet solum rationi genericae, atque adeo esse tantum attritio; & tunc qui sibi confitens erit peccati mortalis, poterit cum sola attritione, cognita ut tali, digne accedere ad illud sacramentum. Quod si dicatur sacramentum vivorum duplicem in peccatore suscipiente requirere dispositionem, attritionem videlicet correspondentem rationi genericae, & contritionem correspondentem rationi specificae. Contra erit primo, quod attritio & contritio sine simul incompossibiles in eodem subiecto, utpote cum attritio dicat carentiam gratiae sufficientis, quam contritio essentialiter importat, quia contritio est dolor informatus gratia & caritate, attritio vero est dolor non informatus gratia

gratia & caritate. Contra secundo: Impossibile est Eucharistiam producere primam gratiam in subiecto in quo supponit actum contritionis.

166 Probat per tertio conclusio: Ut sacramenta vivorum per se conferrent primam gratiam, secundum rationem genericam, oporteret quod ratio generica sacramenti nova legis esset conferre primam gratiam: Atqui ratio generica sacramenti nova legis, non est conferre primam gratiam, sed conferre gratiam absolute, abstrahendo a prima & secunda: Ergo sacramenta vivorum per se non conferunt primam gratiam. Major patet, Minor vero probatur. Ratio generica sacramenti nova legis, ea est quam determinant omnes differentiae specificae sacramentorum nova legis. Sed ratio quam determinat omnes differentiae specificae sacramentorum nova legis, non est conferre primam gratiam, quandoquidem ista ratio est differentia essentialis Baptismi & Penitentiae, bene tamen conferre gratiam absolute, abstrahendo a prima & secunda, ut manifestum est: Ergo, &c.

§. III.

Solvuntur objectiones.

167 Obijcies primo: Juxta Concilia & SS. Patres artic. 1. citatos, sacramenta nova legis, quaecumque illa sint, dicuntur simpliciter & absolute causae gratiae: At nisi causarent primam gratiam, non absolute & simpliciter dici possent causae gratiae, sed tantum cum addito, nam secunda gratia, sive ejus augmentum, non significat gratiam simpliciter & absolute: sed tantum ejus modum seu intensiorem: Ergo omnia sacramenta nova legis causant primam gratiam.

168 Respondet negando Minorem; cum enim augmentum gratiae, sive quilibet gradus ipsius, sit vera gratia, sicut quilibet gradus caloris est verus calor, est aliqua sacramenta nova legis, illa videlicet quae vivorum sacramenta dicuntur, per se non causant primam gratiam, sed solum ejus augmentum, sive aliquem gradum illius, absolute & per se debent dici causae gratiae. Unde etiam in Scriptura qui crevit in gratia, dicitur justificari, Eccles. 18. *Ne vereris usque ad mortem justificari.* Apoc. 22. *Qui justus est, justificetur adhuc.* Licet ergo apud Theologos nomine gratiae intelligatur prima, ut in materia de merito, in qua ad tollendam aequivocationem, ne quis videatur concedere primam gratiam cadere sub merito condigni, contra doctrinam Trident. sess. 6. can. ult. distinguat gratia & augmentum gratiae: non tamen est car augmentum gratiae non possit appellari absolute gratia, cum fit ejusdem omnino rationis & essentiae cum prima gratia.

169 Obijcies secundo: Passio Christi per se, non vero solum per accidens, remittit peccata, & tribuit primam gratiam: Sed omnia sacramenta nova legis, etiam illa quae pro vivis instituta sunt, continent per se, & non solum per accidens, virtutem passionis Christi: Ergo per se, & non solum per accidens, possunt primam gratiam producere.

170 Respondet distinguendo Minorem: Sacramenta vivorum continent per se virtutem passionis Christi, universaliter sumptam, sicut est in ipsa passione Christi, sive in ejus humanitate, ratione passionis, nego Minorem. Continent per se virtutem passionis Christi, limitate participatam, & ut determinatam ad producendam per se secundam gratiam, concedo Minorem, & nego Consequentiam.

171 Si istud, & dicas, ex hac limitatione sequi quod sacramenta vivorum non possint etiam per accidens primam gratiam efficere: Negabitur sequela: quia licet virtus passionis Christi non derivetur per se ad illa, nisi ad solum augmentum & perfectionem accidentalem gratiae, per accidens tamen in aliquo casu communicatur ipsis talis virtus a Christo, non solum ad augmentum, sed etiam ad primam productionem gratiae, ut patet ex dicendis §. 5.

172 Obijcies tertio: Omne agens quod per se potest intendere aliquid habitum, potest etiam illud quoad suam entitatem producere: Sed sacramenta vivorum causant per se augmentum gratiae: Ergo possunt etiam per se causare entitatem gratiae, subindeque primam gratiam. Major probatur: non major, immo minor requiritur virtus ad producendum habitum quoad suam entitatem, quam ad illam augendam: Ergo omne agens quod per se potest intendere aliquid habitum, potest etiam illud quoad suam entitatem producere.

173 Respondet negando Majorem, ad probationem, concessio Antecedente, nego Consequentiam: ut enim sacramenta vivorum dicantur causare per se primam gratiam, non satis est quod habeant in se sufficientem virtutem ad producendam gratiam entitatem, sed insuper existit ut ad sic producendam sint instituta: unde cum sacramenta vivorum non sint instituta a Christo, ad producendam entitatem ipsam gratiae, sed ad illam augendam: licet virtus quam habent a passione Christi sit sufficientis ad illam producendam, & de facto illam interdum producant, ut infra di-

cemus, non tamen propterea causant per se primam, sed secundam gratiam.

Dices D. Thomas 3. part. qu. 79. art. 3. de Eucharistia 174 loquens ait, quod *virtus hujus sacramenti potest considerari dupliciter: uno modo secundum se, & sic hoc sacramentum habet virtutem ad remittendum quaecumque peccata, ex passione Christi, quae est sine & causa remissionis peccatorum.* Sed peccata non remittuntur, nisi per infusionem primae gratiae: Ergo Eucharistia ex se & per se habet conferre primam gratiam.

Respondet hunc locum D. Thomae cui potissimum confidit Adversarius, non adversari nostrae sententiae, sed potius eam confirmare, & explicare: nihil enim aliud intendit Sanctus Doctor, quam quod si virtus Eucharistiae consideretur absolute & in abstracto, prout ambit tamen quae per se, quam illa quae per accidens ipsis communicantur passione Christi, est efficax ad remittenda quaecumque peccata: si vero consideretur per comparationem ad recipiendum sacramentum, haec virtus contrahitur ad duas species, quarum alia per se respicit augmentum gratiae producendum, alia vero per accidens ad causandam primam gratiam ordinatur, quando per accidens recipitur a subiecto non existente in gratia, non habente tamen impedimentum ad gratiam, & invincibiliter ignorante se esse in statu peccati. Unde particula *secundum se*, qua utitur S. Thomas loco citato, non idem sonat ac per se, sed idem valet ac absolute, & in abstracto.

§. IV.

Secunda opinio refellitur, & aliqua nova legis sacramenta per se primam gratiam, etiam in adultis causare, breviter ostenditur.

Dico secundo: causare primam gratiam, etiam in 176 adulto, per se convenit sacramentis mortuorum, baptismi scilicet & Penitentiae.

Probat per primo conclusio ratione fundamentali: Illud per se convenit sacramentis mortuorum ad quod per se instituta sunt: Sed sacramenta mortuorum sunt per se instituta ad causandam primam gratiam: Ergo per se illis convenit causare primam gratiam. Major patet ex supra dictis, Minor probatur. Sacramenta mortuorum per se instituta sunt ad delendum peccatum mortale, originale, vel actuale: Atqui illa peccata non delentur per secundam gratiam, sed per primam; sicut enim secunda gratia necessario praesupponit primam, quia nihil aliud est, quam ipsius augmentum, ita praesupponit peccatum mortale delentum, utpote impossibile cum prima gratia: Ergo sacramenta mortuorum ad causandam primam gratiam per se instituta sunt.

Confirmatur: Si Baptismus & Penitentia non causarent 177 per se primam gratiam, nulla esset ratio ob quam ad differentiam aliorum appellarentur sacramenta mortuorum, quandoquidem aequae ac illa, vitam spirituales animae, sive primam gratiam, praesupponerent.

Probat per secundo conclusio absurdo & inconvenienti, quod sequitur ex adversa sententia, & simul precipuum ejus fundamentum convellit. Si remissio peccati originalis & actualis in adultis non fieret nisi per contritionem ut includentem votum Baptismi vel Penitentiae, & ad validitatem horum sacramentorum non sufficeret attritio, sed requireretur dolor seu detestatio peccatorum ex Dei dilectione procedens, ac proinde qui sit vera contritio, institutio sacramentorum nova legis non contulisset hominibus faciliorem viam ad justificationem obtinendam per sacramenta, quam sine sacramentis: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Minor constat, quia finis institutionis sacramentorum nova legis est ut homines facilius justificentur, & majorem gratiam consequantur, juxta illud Christi Joann. 10. *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Sequela etiam Majoris evidens est, finem antequam aliquis accedat ad sacramentum Penitentiae v.g. necessario debeat habere contritionem, cum nullus illum habeat, nisi simul habeat gratiam, & sit justificatus, non erit facilius justificari per sacramentum Penitentiae, quam extra illud. Unde ad vitandum hoc inconveniens, necessario dicendum est, ad utilem hujus sacramenti susceptionem, sufficere imperfectam aliquam peccatorum detestationem, quae dicitur attritio; & ideo sacramentum penitentiae dici facere de attrito contritum, quia revera efficit subiectum a quo recipitur de habente solum attritionem, habens saltem habitualiter contritionem, eo quod ad gratiam in tali Sacramento collatam, cum aliis virtutibus infusis, sequatur etiam penitentia, quae est habitualis contritio: vel quia ipsum sacramentum est aequivalenter sive virtualiter contritio, eo quod loco ipsius substituitur: & suppleat ejus defectum. De quo fuffius in Tractatu de Penitentia.

Ex his solutam manet precipuum fundamentum No- 178 minalium, scilicet enim supponunt, nempe adultos non esse capaces recipiendi sacramenta etiam mortuorum, nisi habeant

habent contritionem... nullam esse differentiam inter sacramenta mortuorum & vivorum...

179 Nec obstat illud Gregorii Magni homil. 26. super Evang. Non debemus nos per passionem auctoritatem solvere...

180 Ex dictis etiam constat manere quod asserit Serra hic art. 1. dub. 3. concl. 2. nimirum causare augmentum gratiae...

181 Addo quod, cum secunda gratia, sive augmentum gratiae, causari nequeat, nisi praesupposita prima gratia...

S. V.

Tertia difficultas expeditur, & ostenditur sacramenta vivorum, per accidens aliquando conferre primam gratiam.

182 Dico tertio: Sacramenta vivorum per accidens interdum causant primam gratiam.

Probat per D. Thoma, qui variis in locis manifeste conclusionem istam docet: nam infra quest. 72. art. 4. ad 3. de Sacramento Confirmationis sic loquitur: Si aliquis adultus in peccato existens...

183 Respondet Delugo, sensum D. Thomae locis citatis non esse quod per illa sacramenta immediate remittatur peccatum...

Secundo: Ille fatetur loco supra citato, Extrema-Unionem in aliquo casu, juxta doctrinam D. Thomae, causare immediate primam gratiam...

183 Secundo: Ille fatetur loco supra citato, Extrema-Unionem in aliquo casu, juxta doctrinam D. Thomae, causare immediate primam gratiam...

Probat per secundo conclusio. Si quis cum sola attritione supernaturali de peccatis confessus, sed ex malitia sacerdotis non absolutus, prudenter tamen existimans se esse absolutum...

184 Dices cum Delugo: licet in Sacramento Baptismi, vel Penitentiae peccatum actuale mortale sola attritione supernaturali detestatum, atque adeo non remissum...

185 Sed contra: Obliter quidem in casu nostro effectus proprio sacramenti Eucharistiae peccatum de quo solam habetur attritio, si prius prioritate natura...

186 Probat per tertio conclusio: Sacramenta mortuorum interdum per accidens causant secundam gratiam, ut concedit Adversarius...

187 Negat pariter Delugo, quia (inquit) multo major requiritur virtus ad causandam primam gratiam...

188 Sed contra: Primas gradus gratiae non est excellentior secundo. Deinde, quod iustus non possit sibi mereri de condigno primam gratiam...

189 Denique suaderi potest conclusio: Saepè accidit quod aegrotus proximus morti nequeat aliud sacramentum suscipere, nisi Extrema-Unionem...

S. VI.

Solvantur objectiones.

189 Contra conclusionem istam obicitur primo: Sacramentis nullum effectum ex opere operato tribuere possunt, nisi aut definitione Ecclesiae expressum...

190 Secundo: Sacramentum Confirmationis est in vita spirituali, sicut potentia augmentativa in vita naturali...

Tertio:

191 Tertio: Cibum quocumque applicet mortuo non potest ei vitam restituere: Ergo similiter sacramentum Eucharistiae, quod est per modum cibi spiritualis...

192 Quarto: Qui solum attritus putat se esse contritum, non magis dici potest sufficienter dispositus ad sacramenta vivorum, quam qui solum attritus cognoscit se esse tantum attritum...

193 Ad primam respondeo distinguendo Majorem: Sacramentis nullum effectum attribere possumus certo, & tanquam de fide, aut tanquam demonstrabile demonstratione Theologica...

194 Ad secundam respondeo, quod licet sacramentum Confirmationis, & sacramentum Eucharistiae, sint per se in vita spirituali...

195 Ad tertiam respondeo, cibum potentia materialem qui convertitur in substantiam aliam, mortuo applicatum, esse incapax vitam ei restituere...

196 Ad quartam distinguo Antecedens: Qui solum attritus putat se esse contritum, non magis est dispositus ad sacramenta vivorum...

ARTICULUS V.

Quid addat gratia sacramentalis super gratiam habitualem?

197 Supponit titulus gratiam sacramentalem (id est per sacramenta productam) addere aliquid supra gratiam habitualem, immo & supra virtutes & dona Spiritus sancti...

Baptismo, corroborativum in Confirmatione, nutritivum in Eucharistia, & sic de aliis. Alii autem fatentur quidem illud quod addit gratia sacramentalis supra gratiam gratam facientem...

S. I.

Triplex conclusio difficultas resolvitur.

198 Dico primo: Gratia sacramentalis non est gratia habitualis, addita sola connotatione ad sacramentum, tanquam ad causam.

199 Probat per primo: Si gratia sacramentalis praeter respectum ad sacramentum nihil adderet gratia gratam facienti, frustra tot sacramenta, tot & tam diversis ceremoniis celebranda...

200 Secundo: Non magis esset effectus proprius sacramenti Extrema-Unionis tollere reliquias peccatorum, quam Confirmationis, praesertim cum in Confirmatione major gratia gratam faciens conferatur...

201 Dico secundo: Gratia sacramentalis non est aliquis habitus a gratia habituali, & virtutibus ac donis ab ea profluentibus, specie distinctus.

202 Probat per primo: Gratia sacramentalis facit hominem Deo gratum, aut magis gratum: At si esset habitus a gratia gratam faciente realiter distinctus...

203 Probat per secundo: Frustra ponuntur habitus distincti a gratia sanctificante, & virtutibus ac donis ab ea profluentibus, in fandi per sacramenta...

204 Ad quartam distinguo Antecedens: Qui solum attritus putat se esse contritum, non magis est dispositus ad sacramenta vivorum, quam qui solum attritus cognoscit se esse contritum...

205 Respondet Delugo, sensum D. Thomae locis citatis non esse quod per illa sacramenta immediate remittatur peccatum in casibus illis, sed solum mediante auxilio ad eliciendam contritionem necessario...

206 Dico tertio: Gratia sacramentalis non addit supra gratiam gratam facientem, modum aliquem seu perfectionem aliquam intrinsecam, modaliter ab ipsa gratia habituali...

